

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois
Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois
Iulianu Logoi Deka**

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Ad orationem IV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1694

Ibid. C. lin. 7. τῶν Ἀθηνῶν δέ) De Athenarum illis temporibus statu, propensissimoque in litteras studio, ac philosophia & eloquentia scholis, multa accurate Nazianzenus Epiced. D. Basilii. At Synesius ætate sua queritur exoleuisse ilias, ac refixisse, nec aliud præter umbram & vestigia superesse, Epist. 135.

Pag. 121. B. lin. 6.7. κυριεγμένης τε γὰρ ἐπ' ἐμοί) Immo suggestente ipsa, & auctore, factum illud est, Zosimus lib. 3.

Ibid. D. lin. 9. ἀλλὰ δυνάμεις τινας) Eadem Synes. Orat. de Regno.

Pag. 122. C. lin. 7. Ο δέ, οἶμα, παραχωνθάμεν) Hac allegoria ideo se in communionem imperii adscitum indicat, ut Gallias pacaret. Quod testatur Zosimus & Ammianus.

Pag. 124. A. lin. 9. Γαλατίαν, καὶ τὴν Κελτίδα) Γαλατίας nomine Gallia nostra, Κελτίδης vero Germania designatur. Ita Dio quum alibi, tum perspicue lib. 39. Ο δέ Ρήνος αναδίδωσι μὲν ἐκ τῶν Ἀλπεων τῶν Κελτίζεων, ὄλιγον ἔξω τῆς Παιηας. περιχωρῶν δὲ ἐπὶ δυσμῶν, ἐν ἀεισερῆ μὲν τὴν τε Γαλατίαν, καὶ τὰς ἐποιησθέντας αὐτήν ἐν δεξιᾷ δὲ τὰς Κελτὰς διποτέμνεται, καὶ τελευτῶν ἐς τὸν Ωνεανὸν ἐμβάλλει. At Cæsari contra Celtica ea est, quæ Lugdunensis ab Augusto nominata.

Ibid. B. lin. 4. 5. Πολλὰ γὰρ δή) Huius rei ac librorum utilitatis exemplum habes in Lucullo, qui iisdem legendis in Asiam factus Imperator venit, quum esset Roma profectus rei militaris rudis. Cic. 4. Acad.

Pag. 126. D. lin. 8. 9. Ἀσυρίας γυναικός) Philostrat. lib. 1. cap. 18.

Pag. 127. A. lin. 11. Νιτονῆς δέ) De Nitocri Herodotus in Clio. Rhodogunes vero Xerxis meminit Ctesias.

Pag. 129. C. lin. 11. τῶν Φυλῶν τοῖς ἐπισάταις) Insignis locus, in quo Tribuum apud Romanos, & curatorum illarum per id tempus, vestigium appetat.

AD ORATIONEM IV.

Edita est hæc Oratio primum a Theodoro Marcilio ante annos ferme quatuor & quadraginta: sed adeo mendosa, vt vix vni alteriue versui sententia constaret. Quæ res & illum, & prudentem deinceps quemlibet, ab illius interpretatione deterruit. Nos eandem partim ex regiæ Bibliothecæ, partim ex Anglicanis codicibus, ita in integrum restituimus, vt non modo sine offence, sed etiam cum voluptate legi possit. Quamvis aliqua sunt sic affecta, ægre vt ex illis expedire nos vlla coniectura potuerit. De quibus, vt & cæteris, quæ observatione digna visa sunt, paucis hæc accipe. Ac primum illud sciendum est, ab Eu-stathio in lib. 1. Iliados pag. 38. hanc orationem citari sub nomine Iuliani.

Pag. 130. C. lin. 1. τὸ βασιλέως ὄπαδός) Ita passim Iulianus Solis se obsequio & amore plurimum effert: vt in Cæsaribus, vt alias sæpe. Est autem βασιλέως vocabulum proprium Solis epitheton, quod ei sæpe ab Iuliano tribuitur. Philo lib. περὶ ποσμοποίας. τῆς μὲν ἡμέρας τὸ ηράτης ὁ παλήρ αὐεδύδη γίλιω, οἷα μεγάλῳ βασιλεῖ. Sic & ὄπαδος nomen quum sibi, tum ψυχαῖς allorum Iulianus accommodat. Iamblichus etiam in vita Pythagoræ lib. 1. cap. 2. τὸ μὲν τοι τὴν Πυθαγόρεω ψυχὴν ἀπὸ τῆς Ἀπόλλωνος ἡγεμονίας ὅστιν, ἔτε συνοπαδὸν. ἔτε καὶ ἄλλως οἰκειότερον ὅτι τῷ θεῷ τὸν συντελαγμένην κατα-

καταπεπέμφθαι εἰς αὐτῷ πάντας γένεις ἀν αἱματισθήσει. Vide infra pag. 293.

Ibid. D. lin. 5. ἐδόκην τε τοῖς εργότερον) Proprie. Nam τοῖς εργοῖς sunt magi, & curiosi. Augustinus lib. 10. de Civit. Dei cap. 16. Respondeant theurgi, vel potius periergi. Hoc enim sunt illae omnes artes vocabulo digniores. Vulgo periurgi; in quo Viues frustra conflictatur.

Pag. 131. B. lin. ii. ηοιώτερον μέν) Vox ista ηοιώτερον si absit, planior erit sententia.

Pag. 132. B. lin. ii. Ο θεοὶ στόχοι) Vanissimæ huius & loquacissimæ disputatio-
nis mysterium est: à principe ac primario Deo νοητὸν quendam, & archetypum So-
lem editum fuisse; qui eandem prorsus σχέσιν & τάξιν in genere τῶν νοητῶν habeat,
quam in αἰσθητοῖς ille, quem videmus, Solaris globus obtinet. Tria itaque disser-
nenda sunt: princeps ille Deus, qui τάγαθὸν a Platone dicitur, ὁ νοητὸς ἡλίος, ὁ
Φανόμενος δοκός. Vide Macrob. lib. i. in Somn. Scip. cap. 2. Nazianzenus ve-
ro Orat. 34, quæ est 2 de Theologia, Platonis locum elegantissime tractat; de quo
mox Julianus. At Philo libro τεοὶ ηοιώτεροις de Sole aspectabili & νοητῷ
loquitur.

Pag. 136. A. lin. i. Εἰς Ζεὺς) Versus iste ex Orpheo petitus est. Vide Ma-
crob. lib. i. cap. 18. & cap. 20. de Sarapide.

Pag. 141. B. lin. 8. τῶν ἡλιακῶν ἀγγέλων) Meminit Iamblichus in vita Py-
thag. Proclus in 2 Hesiodi librum.

Pag. 142. D. lin. 9. ἐπεὶ οὐδὲ Αεισολέλης) Locus est Ethic. ad Nicom. 7. in
calce libri: ex quo mendosum hunc Juliani locum castigare potuimus, si quid mu-
tare animus fuisset. Legendum porro videtur: τὸ γὰρ θαλέρε, Φησὶ, τῶν ἐν ἡ-
μῖν Φύσεων ἥδū, τῇ τοῖς τάῦτῃ, &c.

Pag. 146. A. lin. 6. τὸν Χαλνιδέα, Φημί) Scripsit Iamblichus librum de my-
steriis Αἴγυπτiorum; in quo sub Αἴγυπτii sacerdotis persona Porphyrii pistolæ ad
Anebonem respondet. Ex illo libro multa Julianus in hunc translulit. Capite
porro 17 differit Iamblichus τεοὶ τῶν ἐμΦανῶν Θεῶν, id est Sole, Luna, & cæ-
teris. Vertit hunc e Græco librum Nicolaus Scutellius Tridentinus: sed adeo im-
perite & absurde, nulla vti periodus veram auctoris sententiam exprimat. Editus
est Romæ liber anno MDLVI. At Marsilius Ficinus antea non tam Latine opus
ipsum, quam ex opere illo selecta quædam interpretatus erat, & tamen sic quasi
integer esset, Iamblichi de mysteriis librum inscripsit: quod consilium nemo pru-
dens laudare, nedum imitari debeat.

Pag. 149. B. lin. 8. ηαὶ τῷ δὲ ἀντό) Eustathius in Comment. ad Iliad. α.
pag. 83. hunc ipsum e Juliano locum citat; cuius verba libet hic adscribere: 'Οὐ δὲ
ταραβάτης ἐν οἷς Δία νοεῖ τὸν ἡλιον ἐξ ἀντοῖς γενέθλιος λέγει τὴν Ἀθηνᾶν, ητοι
τὴν τορένοιαν. Διό Φησὶ, ηαὶ θεία μοίρα' Ομῆρος ἀπεμανθένσατο τὸ,
Τιοίμην ὡς τίετ' Αθηναίη, ηαὶ ἀπόλλων.

γεννᾷ δέ Φησιν, όπις ἐξ ἀνεργάτων μέρους, ἄλλα ὅλην ἐξ ὅλων. ὅτι δὲ Ἀθηνᾶ τοφέ-
νοια λέγεται, Φέρει ἐπεῖν ηαὶ χρῆσιν τοιάντην.

"Ιπελο δέ εἰς Πυθώ, ηαὶ εἰς Γλαυκῶπα τρονοῖν.

Quibus ex verbis desperatissimus alioqui versus emendatur; vti & ex MS. co-
dicibus, in quibus pro Γλαυκῶπα legitur Γλαυκῶν. Pausanias in Phocicis me-
minit, ædem sacram apud Delphos esse τῇ Ἀθηνᾷ τοφοῖα, cui Croesus clypeum
aureum consecravit. Ac de variis Solis appellationibus, cæterisque quæ ad Iulia-

num illustrandum pertinent, erudite copioseque scripsit Hieronymus Aleander vii^o doctissimus in Explicatione Heliacæ tabulæ.

Pag. 154. C. lin. 10. σύνοδος ἀνειλήσ) Ad illud respexit, quod a Dionysio, Plutarcho, aliisque proditum est; sub ipsum Romuli conceptum, & obitum, Solē defecisse. De qua re vide quæ lib. 9. de Doctrina temporum, cap. 48. & lib. 10. cap. 21. disputamus.

Pag. 155. A. lin. 2. ἀσβετον ἐξηλίσ) De Vestalibus loquitur: atque hic locus obseruatione dignus est. Etenim ex eo plane constat, ignem illum perpetuum, si forte restinctus esset, e Sole recuperatum. Festus tamen igniarium e felicis materiae tabula ad id assumtum esse refert: quam tamdiu terebrabant, dum ignem conciperet. At Plutarchus in Numa ab Iuliano facit. Quippe si quando ignis extinctus est, negare Romanos ait alio ex igne fas esse succendi, sed nouum ex ipso Sole parandum: quod scaphiis, siue vasculis adhibitis præstant, quorum latera trianguli æquilateri ac rectanguli specie constant: quæ in vnum centrum a circumferentia ita coeunt, ut exceptis a Sole radiis, & in angustum coactis, ignem concipient. Hæc non in Græcia, sed Romæ fieri, diserte Plutarchus afferit: eti leue mendum subest. Legendum enim: εάν δὲ υπὸ τύχης τιὸς ἐκλίπῃ, οὐ θάπερ Ἀθήνησι μὲν ἐπὶ τῆς Ἀεισίων λέγεται τυραννίδος ἀποθηκῆναι τὸν ιερὸν λύχνον. ἐν Δελφοῖς δὲ, Φ ναὸς οὐατηρηθέντος υπὸ τῶν Μήδων. τῷ δὲ τὰ Μιθειδαῖνα, οὐδὲ τὸν ἐμφύλιον Ρωμαίοις πόλεμον, ἀμα τῷ βαμῷ τὸ πῦρ ηφανίσθη. Φασι δὲν διπλῶς τυρὸς ἐνάνεσθαι. vulgo legitur, Φασι μὴ δὲν, &c. Sed suspensa sententia est, & ἀναπόλαθος, nisi ita, vti nos facimus, hunc locum concipiās. Et Lipsius eruditissimum virum corrupta illa lectio in eam sententiam induxit, vt Plutarchum crederet morem illum ignis e Sole iuscitandi Græcis solis, non Romanis adscribere: quos idem ille non Solis, sed igniarii beneficio idipsum curare solitos putat. Verum non est quod de Romanis Plutarchum loqui dubitemus; si recte illius orationem expendimus. Atenim obscure sane Julianus rem explicat, & mēdosus hic locus videtur. Primum quid est, quod οὐατὰ τὰς διαφόρες ὥρας ignem a Vestalibus assertuari? An quia per vires excubabant? ut ex Liuio idem Lipsius obseruat cap. 8. Quid illud porro; ignem a Vestalibus eum custodiri, qui a Luna circa terram, & ab eodem illo Deo profiscatur? Forte an expungenda sunt ista, υπὸ τῆς σελήνης. Nam sententiam turbant.

Ibid. A. lin. 9. οἱ μῆνες ἀπασι μὲν τοῖς) Hic locus arguit Juliani tempore, præter Romanos & Ægyptios, reliquas nationes lunares menses & annos usurpare. Quod commode capiendum est; vt pleraque, non omnes, id fecerint. Vide lib. 4. Var. Dissert. cap. 12.

Ibid. B. lin. 4. οὐατὰς ἡλίῳ τετραετηεινός) Eusebius Chronic. anno MMCCXC. Primus, inquit, agor Solis ab Aureliano institutus est.

Pag. 156. A. lin. II. Οὐ γὰρ, οἷμα, οὐατὴν ἡμέραν) Attente legendus hic locus. Solis festum eo die celebrari scribit, non quo Sol conuertitur, id est, Septentriones versus cursum suum inflectit, sed aliquanto postea: hoc est, non in diem ipsum solstitii festum illud incidere. Celebrabatur autem, vti mox dicetur, octauo Kalend. Ianuar. quo die solstitium a Julio Cæsare constitutum est, siue brumæ dies: idemque vulgo octauus habebatur ab eo, quo Sol Capricornum erat ingressus: propterea quod cardines temporum in octauis signorum partibus fieri putabant. Hac ratione Solis πάροδος in Capricornum incidet in xviii Decembris.

cembris diem. Quod in aliis itidem mensibus, signisue continget: ut puta Solis ingressus in Arietem XV Kalend. April. congruet: æquinoctium vero VIII Kalend. Idque ex Ouidii Fastis, Varrone, Columella, Plinio, aliisque constat. Vide quæ lib. 4. de Doctrina Temporum cap. 27. diximus, & lib. 2. Variar. Dissertat. cap. 5. Hæc mens Iuliani fuit: non, quod suspicari aliquis posset, existimasse ipsum, quod res erat, solstitium, siue potius ingressione Solis in Capricornum, ante diem illum accidere.

Pag. 156. B. lin. 10. ii. *τῷ τῆς νεομηνίας*) Insignis locus, idemque perobscurus. Ludi in honorem Solis Inuicti celebrabantur VIII Kalend. Ianuar. hoc est, ipso die Natalis Christi Domini. In Kalendario Romano, quod ad Constantini tempora directum edidit Georgius Herwartus, vir eruditissimus, & nos in Auctario excudendum curauimus; Decembri mense, ad VIII Kalend. Ianuar. adscriptum est: *N. Inuicti C. M. XXIV*, hoc est, *Natalis Inuicti, Circenses, Missus XXIV*. Qui sunt vnius diei Circenses, ait Seruius ad hæc Virgilii lib. 3. Georg.

Centum quadriugos agitabo ad littora currus.

Erat & in veteri Romano Kalendario Inuicto Ioui festus dies Eid. Jun. Sed & Augustinus lib. 7. de Ciuit. Dei cap. ii. inter Iouis cognomina recenset, *Inuictum*. Sed mitum quod illos ipsos ludos celebratos esse refert post ultimum mensem Saturni, hoc est, Decembrem: quum eiusdem XXV die notentur. Si quis conjecturæ locus est, crediderim vocem μῆνα, e glossemate esse, quod ignarus aliquis sententiæ verioris adnotarat: itaque legendum, μέλα τὸν τελευτῶν τῷ Κρόνῳ ποιήμεν Ἡλίῳ τὸν φειδαρέσατον αἴγανα. Ita vox αἴγανος communis erit tam muneribus, siue gladiatoriis spectaculis, quæ per Saturnaliorum dies præbebantur, quam ludis Circensisibus. Ait Julianus, statim post ultimum Saturnaliorum spectaculum celebrari, splendidissimum Solis agonem. Saturnalia septem diebus olim agebantur: vt ex Macrobio lib. i. cap. 10. viri docti pridem obseruarunt. Eadem post emendatos a Iulio Cæsare Romanos Fastos XVI Kalend. Ianuar. cœperunt; quum antea XIV Kalend. inirent. Hoc modo vnu amplius dies Constantini tempore Saturnalibus accessit. Nam a XVI Kalend. ad IX, octo numerantur.

Ibid. C. lin. 2. 3. *μεθ' ὁν γένεν Θέμις*) Hujus loci sententiam nobis R. P. Jacobus Sirmondus εὐθυρόλως aperuit. Obseruavit enim, in Kalendario illo Constantiniano nullo alio mense, præterquam Decembri, Muneris nomen adscriptum esse: quod est gladiatorum spectaculum, vel bestiriorum. Ita posterius hoc insigniit S. Prosper lib. de glor. Sanct. in Perorat. vbi ludorum genera omnia spiritalem ad sensum vsumque transferens, inter alia: *In munere, inquit, habes Danielēm sandūm, leonum vim non ferro, sed oratione vincentem.* Ab ante diem octauum Kalend. Ianuar. deinceps nullum munus exhibebatur. Hoc Julianus voluit.

Pag. 157. B. lin. 2. *τὴν εὐδεχομένην αἰδιότητα*) Nam Roma Vrbs aeterna proprie dicta.